

AA

EDIDIT

C. THEANDER

PRAEFATIO

Haesitavi mehercule priusquam has glossas typographo commisi. Quid enim ?

sunt apinae tricaeque et siquid vilius istis.

Sed quoniam v. d. Carolus Theander, qui de hoc glossario iam anno 1907 dissertaverat (AA Glossarum Commentarioli, Upsaliae) (*Comm.*), me denique rogante anno 1920 editioni totius glossarii sese dedit, paene inliberale est tot annorum studio mercedem typographicam denegare. Equidem tam magnae invidiae me imparem profiteor, maluique causas circumquirere cur huic quoque libro locus in hac glossariorum serie vindicetur. Quarum una sufficiat. Italiae debetur hic liber. Si enim Anglicorum lexicorum parentem (*Corp.*), glossarium dico quod in bibliotheca est collegii Corporis Christi apud Cantabrigienses, anno 1921 edidi (The Corpus Glossary, Cambridge), si glossae Ansileubi (*Ansil.*), decus illud Francogallorum, primum in hac serie volumen occupaverunt, cur non quintum volumen glossis Aa detur, quae in tribus Italicis codicibus servatae sunt (*a*, *b*, *c*) et inde per alios Italiae meridianaes codices (Vat. lat. 1468, Casin. 90, etc.) propagatae ? Tuque, lector, agnosce indicium concordiae eius quae nunc inter gentes est, quod vir Suecus, Germanorum doctrinae addictus, Francogallorum et Anglorum pecuniis adiutus, Italicum *καμῆλιον* in usum doctorum omnium qui ubique sunt tam strenue paravit.

§ 1. DE CODICIBUS

Primus Theander agnovit veram glossarii Aa formam in codice *b* (Vat. lat. 1471), saec. ix vel x scripto, servari, in codicibus autem duobus Casinensibus *a* et *c* (Vat. lat. 3320, Casin. 401) saec. x scriptis, hanc additiis ex codice bimembris glossarii Abstrusa-Abolita, parente ipso fortasse (sed cf. U 505) codicis Casin. 439, glossis auctam esse. Quas tamen in nostra editione exhibemus, sed intra cancellos quadratos. Nam quamvis advenae sint, non aborigines, quis nescit vere de omnibus glossariis mediaevalibus dici illud *πάντα ῥεῖ* ? Quis praestat ipsum trium codicum *a*, *b*, *c* parentem non simili modo nesciunde esse auctum ? Habe igitur tertium glossarum Abolita testem, qui melius quam codex Vat. lat. 3321 Festinam glossam, in codice Casin. 439 praetermissam, testatur (Abol. PR 92 Profanum habes ; parvi penditur)

(P. 1635) Provanum aves : parvi pendetur,

et alteram Festinam glossam (1) solus servat :

(S 969) *Stractae* (*scrattae* ?) : *dispectae* (*de-*) vel *nugatoriae*.

(Cf. L 63 *Laciniosum* ; L 409 *Limbus* ; P 633 *Pipatio*). Eiusmodi quidem glossas additicias totas exhibemus, ceterarum plerumque lemmata tantummodo, non interpretamenta quoque. Quas facillime, si placebit, recuperabis apographo codicis Vat. 3321 usus (Corp. Gloss. Lat. IV, pp. 3-198), cuius ad paginas et glossas te numeris adiectis revocamus (v. g. additiciae glossae B 1-6 sunt C. G. L. IV 24, 4-9).

Et cum placuisset auctam glossarii formam exhibere, coacti sumus ordinem glossarum qui in *a* et *c* est, non illum quidem longe ab ordine quem glossae in *b* tenent abhorrentem, obtinere. Ne tamen credas glossas sic esse dispositas a conditore glossarii, siquis erat, scito indicia non deesse ordinis omnino diversi ; v. g. (P 680) *Placillat* et *Praecipuus*, (S 903) *Stigma* et *Solidior* glossae vicinae prius fuerant. Potest igitur ordo primitus per A- fuisse et glossae postea reordinatae esse. Qui tamen eas reordinavit et in severissimam alphabeticam dispositionem redigere voluit, neque statim neque semper id quod voluit effecit. Respice ad AD -seriem (A 218-528), ubi, postquam materiem percurrit et alphabeticè disposuit (A 218 *Ad astra* — A 298 *Adytis*), iterum eandem materiem retractavit (nam eandem fuisse vix negabis) et alteram alphabeticam seriem confecit (A 299 *Addit* — A 526 *Adultos*), denique duas glossas extra ordinem adiecit (A 527 *Adibus*, A 528 *Adoriuntur*). Et in quattuor capitulis A- D, ne de aliis dicam, ordinem male concinnum saepe vides : AG- (A 644 sqq.) ante AF- (A 689 sqq.) ; BO- (B 153 sqq.) post BR- (B 146 sqq.) ; C 261-286 ; 779-785 ; post DU- alteram DO-seriem (D 887 sqq.), etc.

E tribus igitur codicibus *a*, *b*, *c* proxime a vera glossarii Aa forma abest *b*, i. e. foll 16^r-92^v im. codicis Vat. lat. 1471. Is codex (de quo plura Goetz C. G. L. V xxx) praeter *b* aliquot glossariola habet :

- (1) *Licenter* : *licile* — *Zona* : *cingulum*, in foll. 1^r-6^r, 653 glossas ;
- (2) Glossarium Terentianum (C. G. L. V. 529-539), in foll. 6^r-16^r, i. e. glossas collectas ex Terentii (Andr. Ad. Eun.) codice deperdito de quo alibi scripsi (Class. Quart. XIX 101) ;
- (3) *Pelix* (-*ex*) : *rivalis* — *Ypotheca* : *universa substantia*, in foll. 125^r-127^r, 247 glossas ;
- (4) *Ambages* : *dubilationes* — *Vocis praecunio* (-*con-*) : *laude*, in foll. 127^r-130^r, 302 glossas, secundum primam litteram (A-, non AB-) dispositas ;
- (5) *Abgreco* : *segrego* — *Zizania* : *lolium* in foll. 149^v-157^r.

Et haec glossariola, hoc ordine posita, fontem fuisse glossarii (*Paris.*) quod

(1) Indicis DE GLOSSIS *Ansil.* testatur glossam aut ex Abolita glossario aut ex glossario Abstrusa provenisse. In vol. I igitur eam (SC 303) glossario Abolita ascripsi, quoniam plane ad Festum (448,4) quadrat. Approbatus hoc novo testimonio gaudeo.

est in codice Paris. 10588 (saec. ix in.) suspicatur Pirie (Class. Quart. XXIII 109) ; non tamen glossariolum quod in fine voluminis est :

(6) *Almus* : *sanctus, sive ab alendo dictus* — *Liberior* : *largior*, in foll. 157^r-157^v, 61 glossae,

et iterum apparet in Casinensi codice, Paris. 7530 ; saec. viii ex. (cf. C. G. L. I 95).

Horum glossariolorum alterum, scil. Terentianum, et sextum, scil. *Almus*, originem suam aperte declarant ; nam *Almus* duas partes habet, (1) 21 glossas (*Almus*—*Aevum*) a littera A incipientes, ex glossariis *Abolita* et *Abstrusa* excerptas, (2) 40 glossas (*Tellus*—*Liberior*) ex adnotatione marginali codicis Ovidiani (*Metamorphoseon* lib. I) collectas, neque alphabetice dispositas. Tria, scil. *Licenter* *Pelex* *Ambages*, eandem materiem exhibere videntur quam nostrum glossarium. Neque tamen habeo cur affirmem nostrum glossarium ex eiusmodi glossariolis esse compositum, neque cur negem ea potius ex grandi glossario nescioquo, secundum primam litteram disposito, esse temere et licenter excerpta.

Eandem etiam materiem exhibet folium rescriptum Coloniense (*frag. Colon.*), de quo vide Goetz C. G. L. IV XLII, saec. viii in. (vel vii ex.) uncialibus litteris exaratum. Hunc testem nonnumquam citamus. Sed cuiusmodi est ? Foliumne unicum ex glossario servatum ? Cur non potius scidula in qua glossarum reordinator glossas aliquot C-capituli accuratius disponere inceperat (*Caupones... Caribdis, Celebre... Celus, Ciel... Cirographum* ; 59 glossas) ; sicut etiam folium illud Ambrosianum de quo disputavit Goetz (C. G. L. I 125), saeculo octavo (non septimo) exaratum ? Sed Ambrosiana scidula ad glossas *Abba* pertinet ; Coloniensis utrum ad glossas Aa an ad glossas Abavus vix liquet ; tam paucae in ea glossae exhibentur.

Ne tamen quaeras in apparatu nostro duorum codicum qui glossas Aa habent, Vat lat. 1468 et Casin. 90, saec. xi scriptorum, mentionem, scito eos ex a c pendere mihi videri, et siquid adiciunt id nullius auctoritatis esse. Veluti glossae (cf. Ansil. LU 20) *Lucar* ; *lucis aptus*, quae in communi fonte Aa. Acc. Ab Abs. glossariorum facta erat *Lucar* ; *locus apud urbem Romam*, audacter addidit Vat. 1468 ubi *tribula et vectigalia ponebantur* ; ex synonymis (I 100) *In articulo : in hora, in momento, in re, in hoc tempore*, audacter confixit glossam (cf. Bibl. Gen. 7,13) *In articulo diei in hora, in momento*.

Amisiss in b ipso singulis foliis interciderunt glossae *Ambire* — *Angere*, *Dilatum* — *Experiens*, *Privatum* — *Restituam*, *Virgultum* — *fin.* ; amisso in exemplari folio, *Lymphis* — *Memoriosus*. Sed in eis quoque partibus ubi b deficit advenae ex bimembri glossario (*Abol.*—*Abstr.*) glossae adsumptae satis facile detegi videntur (v. g. glossae D 942-845 sunt C. G. L. IV 59, 2-5).

§ 2. DE FONTIBUS ; DE GLOSSARIO ACCIPE.

Credo equidum te primo aspectu, lector, agnoscere eas glossas huius glossarii quae aliquid valent ex eisdem tribus glossariis — *Abstrusa*, *Abolita*, *Philox.* —

esse haustas unde Abavus quoque hausit, et te contentum fore si satis habeam ea hic iterare quae Mountford de Abavus glossarii fontibus tam lucide et succincte praefatus est (vol. II, pp. 25-27). Sed Fortuna favente contigit ut glossarii Accipe (*Acc.*) adiumento fretus paulo longius progredi possim.

Eius glossarii, quod Accipe idcirco nominatur quia fragmentum (A-P) quod solum exstat (Monac. Lat. 14388, foll. 184-222 ; saec. x Carolin. minusc. script.) sic incipit. :

Accipe : audi cognosce

(quae glossa est fortasse plenior forma glossae Abol. AC 13), originem inspexit (sed non perspexit) Goetzii discipulus Carolus Thielo (De Glossario codicis Monac, 14388 = Comm. Philol. Ienens. xi i, 1914). Quid igitur de se ipsum glossarium testatur ? Se excerptum esse ex grandis nesciocuius glossarii viginti capitulis (A-U), praetermissis scilicet tribus ultimis (X-Z), et glossas grandis glossarii in brevior formam ita esse redactas ut ex glossis glossulae fierent. Titulus enim glossarii (in codice Monac. aliquantum obscuratus ; vide Thielonis libellum) huiusmodi erat

INCIPIUNT GLOSSULAE EX VIGINTI CAPITULIS

Et grande illud glossarium secundum A- (non AB , ABC-, etc.) glossas suas disposuisse testantur capitulorum tituli :

DE A : CAPITULUM PRIMUM,
DE B : CAPITULUM SECUNDUM,
DE C : CAPITULUM TERTIUM,
etc.

Quin etiam excerptorem hac rudi dispositione contentum fuisse credo ; eum tamen qui glossas excerptas postea descripsit accuratorem dispositionem induxisse doleo profecto, sed id tam inaccurate hic illic confecisse gaudeo. Nam in hac dispositione quae nunc est tot in A-capitulo et in I-capitulo glossae aut praeteritae erant aut locum proprium capere non potuerant ut in spatio et ante et post ipsum capitulum vacuo infercirentur. In aliis quidem capitulis paulo melius res confecta est, ita tamen ut G-capitulo et O-capitulo praemit-tendae essent aliquot glossae, aliis autem capitulis adiciendae. Quo tamen rudior glossarum excerptarum dispositio est, eo clarius discernere potes cuiusmodi fuerit grande illud glossarium unde erant excerptae. Tu modo respice ad Thielonis libellum, et hunc C-capituli locum (cod. Monac. fol. 192v) animadvertite :-

221. Conscendit : desuper stetit (Verg. Aen. 1,180). 222. Contundit : edominavit (ibid. 1,264). 223. Condet : constituet. (1,276) 224. Convulsi : multila. (1,383). 225...226. Contingere : adtrectare (2,168 vel 239). 227. Confligunt : congregiuntur. (2,417). 228. Confixi : vulnerati. (2,429). 229-231...232. Conpellunt : deiciunt. (2,446). 233. Coniecit : inmisit. (2,545). 234...235. Conabul : incrementa. (3,105). 236. Convulsa : separata. (3,414). 237. Conclamat : clamare nominat. (3,523). 238. Con-

vectant : portant. (4,405). 239. Consternunt : tegunt. (4,444.) 240. Concepit : animo sumpsit. (4,474). 241. Conscia : testis. (4,519). 242. Conata : temptavit. (4,688). 243. Condidimus terrae : sepulturae mandavimus. (5,48). 244. Consurgunt : increscunt. (5,20). 245. Consonat : sonitum reddit. (5,149).

246...247. Conticuere : tacuerunt conticuerunt. (2,1). 248. Conversa : translata (2,131). 249. Conserimus : comiscimus. (2,398). 250. Conabula : incrementa nutrimenta. (3,105). 251. Contactu : adtrectatione. (3,227). 252. Consertam : contextam. (3,467). 253. Consertum : convictum. (3,594). 254. Consertam : innexam et obligatam. (3,594).

.....
337. Conscia : sui robor fida. (5,455). 338. Contenta : extensa. (5,513). 339. Conclamat : vocem mittit. (5,660). 340. Conatus est : attemptaverat. (6,32). 341. Contingat : proveniat. (6,109). 342. Convallibus : depressis locis (6,139). 343. Convellere : evellere. (6,148). 344. Constituunt : statuunt. (6,217). 345. Coniesta : conlecta coadunata. (6,224). 346. Confusae : mixtae. (6,504). 347. Confectum : fatigatum. (6,520). 348. Conprehendere : colligare. (6,626). 349. Congretam : coagullatam. (6,746).

Vides glossas ex marginibus codicis Aen. I-VI collectas quae, nimirum primum sicut in Arma glossario (vol. II) dispositae, dispositionem severiorem a scriba postea acceperant, sed a scriba dormitante qui, postquam ad librum V med. pervenerat, animadvertit se aliquot in libris II-III glossas praeteriisse. Vides glossas bifariam divisas, Aen. I-V med., V med.—VI. Respice nunc ad glossarium Ansileubi (vol. I) qui glossas ex eiusdem codicis marginibus collegit et siglo VIRGILII signaverat. Respice ad ea quae scripsit Dall (Class. Quart. XII-171 A seventh century English edition of Virgil) de glossis glossariorum Corp., Amplon. II., Aff. indidem collectis, et permitte mihi ut hunc Vergilii codicem, cuius glossae marginales in Acc., Aa, Ansil., Corp., Amplon. II, Aff. apparent, 'codicem Anglicum' appellem. Sed plura de hac re infra; hic Thielonis errorem agnosce, qui glossas C-capitulo glossarii Accipe adiectas, videlicet 622 (non '616') —717, alienas a reliquo C-capitulo esse affirmat. Nam si eas inspicies, videbis ibi quoque nonnullas Vergilianas ex codice Anglico collectas. Non igitur alienae sunt glossae 622-717, sed in reordinatione praeteritae. Miror equidem Thielonis de praemissis et adiectis in Accipe glossario glossis sententiam laudatam a viris laudatis esse; sed tamen quoniam laudata est, eas in hac glossarii Aa editione siglo** a ceteris (siglo*notatis) discriminare statuimus. Scito tamen haec diversa sigla me iudice idem valere.

Graeca quidem verba melius servavit unicum Accipe fragmentum quam tres Aa codices, non tamen ridiculum illud :—

Ciceronis : Συώνυμα,

pro quo *Cyceronis* : *rio rava* Acc (C 695), *Cicerones* : *nosmia* Aa (C 303). Scilicet titulus collectioni Ciceronis Synonymorum, quae dicebantur, praefixus pro

glossa per errorem habitus erat (iam in grandi, ni fallor, glossario quod mihi finxi) ; qui error veniam habebit si huiusmodi paginam ob oculos pones :—

Hermeneumata.

.....

Clunem : πυγήν.

Casta : pudica ἀγνά σεμνή

Crustae : πλάκας, id est marmores.

Contionatores : ῥήτορες

Ciceronis συνώνυμα

Cunctanter : difficultanter dubitanter tardanter.

Copia : multitudo facultas abundantia.

etc.

Synonyma igitur glossariis Accipe et Aa materiem praebuerunt ; quas tamen glossas facilius in Aa agnosces, v. g. (O 537) Orator ; a[u]ctor advocatus adsertor confirmator causae doctor ; nam in Accipe ex glossis glossulae. factae sunt v. g. *Orator* : a[u]ctor (cett. om.).

Nullo igitur modo potest Accipe glossarium glossarii Aa fons fuisse. Nihilominus saepissime apparet glossas Accipe propius a communi fonte abesse, glossas Aa non modo severiore ordine alphabetico esse dispositas sed aliter quoque a viris doctis, vel potius semidoctis, retractatas. Veluti in serie Vergiliana quam ex Accipe supra protuli sunt duae glossae :

(C 241) Conscia : testis (Aen. 4,519),

(C 332) Conscia : sui robore fida (Aen. 5,455) ;

pro quibus unam exhibet Aa (C 837) *Conscia* : testis vel sui robore fida. Pro religione igitur habuimus glossarii saepe fidelioris (licet brevioris) testimonium numquam non in apparatu proferre ; dolemusque scribam Monacensis fragmenti non plura in P-capitulo quam PA-seriem et PRO-seriem descripsisse. Quem enim vicarium adhibere solemus (*Paris.*), codicem Parisinum lat. 10588 (c. ann. 800, ni fallor, in scriptorio Germanico exaratum), qui in foll. 75-138 glossas exhibet (cf. Goetz, C. G. L. IV xxvii), eum multo minus utilem esse testem confitemur ; minime tamen inutilem, quippe cuius antiquior dispositio :

Emax : emtor [seu disiungendus,

Emancipatus : dissociatus

lucem immittat in glossam Aa E 263 *Emax* : emplor seu disiungendus.

§ 3. DE GLOSSIS ABOLITA.

Nemo hercle tam caecus esse potest quin glossas Abolita in Aa esse agnoscat. Nonne in B-capitulo hae glossae, ne de aliis dicam, apertissime rem declarant?

(B 34) Bascaudas : concas aereas (= Abol. BA 5 Bascaudas : concas aereas),

(B 35) Baucalem : gillonem ubi infusa fit (= Abol. BA 4. Baucalem : gillonem ubi infusa fit),

- (B 110) Biduvium : quae post duos maritos vidua est (= Abol. BI 16 Bidubium : quae post duos maritos biduatur),
 (B 143) Blasphemia : detractio (= Abol. BI 10 Blasphemia : detractio),
 (B 154) Boatus : vox plena seu mugitus (= Abol. BO 5 Boatus : vox plena seu mugitus boum),
 (B 192) Bullae : ornamenta regalium equorum (= Abol. BU 8 Bullae : ornamenta regalium puerorum vel equorum vel camelorum).

Et cum in Abolita in serie Terentiana sit (AN 15) *Andros : insula est*, quis dubitet eo revocare Aa A 960 *Andros : insula est*? Quin etiam in loco quodam glossarii Accipe non alphabetice disposito videtur manipulus Festinarum glossarum ex A-capitulo glossarii Abolita servari (A 35-39); *Arillator : mercator*, *Amiles : perlicae aucupum*, *Aser : sanguis eruor*, etc., *Ambacli : servi coloni lirae*, *Abillus : agnus*; quae in Aa dispersae sunt (A 1208; 893; 1289; 842). Festinas enim in antiquioribus Abolita codicibus glossas suum sibi locum tenuisse iam monui (vol. III, p. 94).

Glossas paucas quae cum Nonio conspirant utrum Nonianas an Festinas appellare debeam haereo. Nam si revera Compendiosam Doctrinam adhibuit glossarii Aa conditor, cur tam paucae sunt? Nonius scholiis usus est; v. g. ex scholio ad Lucil. xxvi 55 sumpsit (186,31) *Virialum dictum est magnarum virium*. Cur non eadem verba ex glossographo prisco sumere poterat Verrius Flaccus? Quin etiam docui alibi (Nonius Marcellus' Dictionary of Republican Latin, 1901) Nonium fortasse ad fontem Verrianum in parte libri sui adiisse. Itaque siglum *Abol.*, sed dubitanter, (1) eis Nonianis glossis in textu dedi, in apparatu Nonii mentionem subiunxi.

Glossas Terentianas non dubito siglo *Abol.* notare. Nam Glossarium Terentianum (C. G. L v 529-539) a conditore glossarii *Paris*. adhibitum esse fateor (cf. Pirie, *Class. Quart.* XXIII 109), a nostri glossarii conditore adhibitum esse nego. Neve te fugiat glossam A 173 additiciam esse, glossam L 89 esse Festinam.

§ 4. DE GLOSSIS ABSTRUSA.

Neque minus clare glossas Abstrusa in Aa vides, v. g. in B-capitulo :-

- (B 30) Barbarismum]: loquellae vitium (= Abstr. BA 10 Barbarismum : loquellae vitium),
 (B 45 ^b) Baptisma : tinctio (= Abstr. BA 1 Baptismum : tinctio),
 (B 48 ^b) Barbarica : auro ornata (= Abstr. BA 16 Barbarica : auro ornata),
 (B 123 ^{a-b}) Bisulcum : utrimque sulcatum, divisum sicut ungula (= Abstr. BI 2 Bisulcum : utraque parte sulcatum, divisum ungula),
 (B 124) Bisulcis porcus : ungulis fissus (= Abstr. BI 18 Bisulces porcos : fissis ungulis),

(1) Nam in glossario Abba nostri glossarii cognato series Noniana in COM- capitulo elucet, Compernes : <longis pedibus> (Non. 25, 26), <Calcitrone> : qui infestant calcibus. (Non. 44, 26), Compotes : non a pedes, etc. (Non. 28, 2).

- (B 185) *Bucerum pecus* : bubulum (= Abstr. BU 11 *Bucerum pecus* : bubulum),
 (B 189) *Buccones* : stulti vel rustici (= Abstr. BU 7 *Buccones* : stulti rustici),
 (B 204) *Burrus* : rufus vel niger (= Abstr. BU 3 *Burrus* : rufus et niger).

Multas Biblicas glossas in Abstrusa esse constat, quas docuit Thomson (vol III praef.) saepe versionem Italā in lemmate, in interpretatione versionem Hieronymicā exhibere. Rem miram, in quam nuper vir reverendus De Bruyne lucem immisit (Bulletin du Cange III 116). Vide igitur ne siglo *Abstr.* notandae sint aliquot glossae quas siglo dubitationis (*Unde* ?) notavimus, praesertim si ea vocabula in scriptoribus ecclesiasticis apparent ; v. g. A 882 Amicantur, M 5 Machinabantur. Vide etiam ne iure Mountford alteram quoque collectionem Biblicarum glossarum glossario Abavus (cum Aa Abba, Ampl. II, Aff.) vindicet.

§ 5. DE GLOSSIS PHILOXENI.

Multo minus clare glossas Philoxeni in glossario nostro agnoscis ; plerumque enim non ipsas bilingues vides, sed Latine redditas, v. g. glossam Gaza :

- (G 2) *Gala (sic)* : divitiae lingua Persia = Phil. GA 6 *Gala (sic)* : χρήματα
 Περσίδι διαλεκτώ

saepe inversas, v. g.

- (M. 340) *Metrum* : mensura = Phil. ME 32 *Mensura* : μέτρον

- (P 91) *Paradoxon* : admirabile [m] = Phil-AD 283 *Admirabile* : παράδοξον

Iam in vol. II Laistner monstravit in Philox. glossas Vergilianas ex Bucolicorum atque Georgicorum Graeca adnotatione collectas. A quibus dissociari vix possunt eae quas Theander in dissertatione sua (AA Glossarum Commentarioli) tractavit, ad Bucolica plerasque spectantes ; nam in unico Philoxeni codice (Laoduni saec. IX exarato) nonnisi epitomam, misere illam quidem corruptam et refictam, veri bilinguis glossarii esse satis constat. Tuque fortasse audacius quam nos ad bilinguem fontem revocabis triviales aliquot glossas quas sine fontis indiculo reliquimus ; v. g. ad Phil. AB 80 (*Abripit* : ἀφαρπάζει) A 110 *Abripit* : eripit.

§ 6. DE SYNONYMIS CICERONIS.

Has glossas in Accipe decurtatas esse iam monui (§ 2) ; nam Accipe glossulis favet, Aa plenas glossas non detrectat, v. g. :

- (R 67) *Reatum* : delictum peccatum piaculum noxa crimen scelus error culpa saevitia pondus sarcina.

Et cum tam longae glossae novas, seu consilio seu casu, generare soleant, vide ne ad hunc fontem revocandae sint aliquot triviales, quas sine fontis indiculo reliquimus, v. g. D 141 *Delictum* : peccatum.

§ 7. DE GLOSSIS EX MARGINE CODICIS 'ANGLICI' (Aen. I-VI, etc.) COLLECTIS.

Glossarum Vergilianarum plenum esse Aa quis non statim agnoscit? Nam glossarium Abstrusa, unde Aa multam materiem traxit, innumeras glossas habet ex codice nescioquo cuius margines scholiis Donatianis onerati sunt, sumptas; id quod Thomson (vol. III) docuit. Et quoniam ea scholia nonnisi in Gallicis Vergilii codicibus servata sunt, liceat mihi eum 'codicem Gallicum' nominare. Necnon glossarium Abolita, alter nostri glossarii fons, collectionem (quae etiam nunc exstat; C. G. L. IV pp. 427-470) interpretationum ex margine alterius codicis sumptarum adhibuerat; quem liceat mihi 'codicem Hispanicum' nominare (cf. vol. III, p. 95). Porro ex codice meridiana Italiae — quem liceat mihi 'codicem Vivariensem' nominare — multa illata sunt in glossarium illud utriusque linguae quod Philoxeni glossarium appellatur (cf. vol. II, p. 134). Eae bilingues Vergilianae glossae, sive integrae sive Latine redditae, ex Philoxeni glossario in nostrum transierunt (§ 5).

Sed neque glossis Vergilianis (codicis Gallici) ex Abstrusa sumptis, neque glossis Vergilianis (codicis Hispanicis) ex Abolita sumptis, neque glossis Vergilianis (codicis Vivariensis) ex Philoxeni glossario sumptis aliud siglum quam *Abstr.*, *Abol.*, *Phil.* assignamus, neque nunc de eis tribus collectionibus dico. Dico de quarta collectione glossarum Vergilianarum, quibus solis siglum *Verg.* assignamus, de marginali codicis Anglici adnotatione quam adhibuerunt non modo Aa et Accipe sed etiam Ansil. Corp. Ampl. II Aff. (sicut supra docui, § 2), necnon Abba quoque.

Ansileubus quidem eam collectionem habuit cum quinta collectione comixtam quae ex margine codicis nesciocuius (quem liceat mihi 'codicem Aquitanicum' nominare) provenerat, solitusque est sine ullo discrimine siglum VIRGILII nunc codicis Aquitanici glossis, nunc glossis codicis Anglici praepone (cf. vol. I, p. 3). Discrimen autem quod desideras praebetur glossario PP (cf. vol. I, p. 10), in quo solae codicis Aquitanici glossae apparent (numquam codicis Anglici), sicut in nostro glossario (cum Acc., Corp., Amplon, II, Aff.) solae codicis Anglici glossae (numquam codicis Aquitanici).

Denique — sed vereor ne molestus fiam — necesse est ut sextae collectionis glossarum Vergilianarum mentionem faciam, iam tibi in vol. II oblatarum. Nam glossarium Arma ex margine codicis nesciocuius — quem liceat mihi 'codicem Belgicum' nominare — multo maximam materiei partem hausit. De hac sexta collectione recte dixit Dall (Class. Quart. xvii 200; An eighth-century North Frankish edition of Virgil) eam et ab Hispanici codicis adnotatione, quam adhibuit glossarium Abolita, et ab Anglici codicis adnotatione, quam adhibuit nostrum glossarium, alienam esse. Nihilominus hic illic videtur Belgici codicis adnotator interpretationem ex glossario Abolita (vel etiam ex ipsis Hispanici codicis glossis) mutuatus esse. In glossario enim Abolita erat glossa ex Hispanici codicis marginali ad Aen. 3,57 adnotatione hausta:

Auri sacra fames: auri execranda cupiditas.



Quae glossa in duobus mancis qui nunc exstant glossarii Abolita codicibus deest : infuisse tamen eam in pleno glossario indicat Gloss. Verg. (C. G. L. IV 422,34) *Sacra fames : execranda cupiditas*. Et ex pleno Abolita glossario (vel etiam ex glossis Hispanici codicis collectis) sumpsit eam glossarium Arma (A 133). Eiusmodi sunt Arma A 58 (= Abol. AB 5), A 79 (= Abol. AU 7), C1 (cf. Gloss. Verg. 434,20), C. 102 (= Gloss Verg. 435.43), E 18 (= Abol. EO 1), aliae non paucae ; quas omnes, sicubi in nostro glossario apparent, siglo *Abol.*, non siglo *Verg.* notamus. Neque tamen ausim liquido negare codicis Belgici adnotatorem ex Anglici codicis adnotatione opem sumere potuisse ; v. g. A 77 (= Aa A 526), A 230 (= Aa A 1180^a), D 4 (= Aa D7), A 1 (cf. Aa D 701) : itaque eiusmodi in hac editione glossis mentionem Arma glossarii subiungimus.

Denique scito eas codicis Anglici glossas Vergilianas (sed, ni fallor, tantummodo ex Aen. v med. —vi excerptas) etiam in vicario illo (*Paris.*) — de quo dixi — glossarii Accipe apparere. Quin etiam hic illic series brevissima Vergiliana reordinatoris manus effugit, v. g. in E-capitulo :-

Exue : depone (Aen. 5,420),
 Exercita : vexata (Aen. 5,779),
 Exedisce : consumsisse (Aen, 5,785),
 Exussit : cremavit (Aen, 5.794),
 Exortes : alienatis (Aen. 6,428),
 Expediam : narrabo (Aen, 6,759),
 Exim : deinde, tum (Aen. 6,890).

§ 8. DE RELIQUIS GLOSSIS.

In Glossario Ansileubi (vol. I) plurimi fontium indiculi in margine sunt, in nostro glossario nulli. Et in hoc, sicut in illo, glossae non modo refictae sunt sed in severissimum ordinem alphabeticum reordinatae. Vix igitur postulabis a nobis ut unamquamque glossam ad fontem suum revocemus ; miraberis potius nos in hac re tantum confecisse vel conficere conatos esse. Disce tamen novum fontem, glossas ex codice Sulpicii Dialogorum collectas (*Sulp.*) : huc enim sine dubio redeunt :

(F 263 = Accipe F 106) Ferreos nexus : ferrea vincula, catena (ex Sulp. Dial. 1, 22,4),
 (V 154) Velteltice (!) : gentis cuiusdam loquela (ex Sulp. Dial 1,27,4).

Neque dubito quin huiusmodi glossae aliunde collectae (de Iulio Valerio cf. N 393 Navo auxilio, R 316 Repatriat) in glossario Aa lateant. Te tamen moneo glossarium nostrum prae se ferre magistellorum operam, qui non solum traditas glossas in usum puerorum refinxerunt sed novas in usum puerorum confinxerunt. In codicibus Abolita glossarii veram, ni fallor, formam habes glossae Festinae (cf. tamen Aa A 43) :

(AU 16) Aventes : cupientes vel gaudentes (cf. Paul Fest. 13,17),

in Affatim glossario sane refictam, *Avel* : *cupit, gaudet*, in nostro insane :

(A 140) *Auget* : *cupit vel gaudet aul addil*.

Magistello imputa glossam :-

(A 1361) *Auctius* : *adiunctius* amplius (= Abol. AU 22 *Auctius* : amplius vel uberius), confictam ex A 1360 *Auclus* (!) : *adiunctus* (= Abstr. AS 4 *Ascitus* : *adiunctus*). Librario imputa :

(N 373) *Notat* : *cognoscit, movetur* ;

nam bonus magistellus voluerat *Notat* : *cognoscit, Nulat* : *movetur*, ne pueri similia verba inter se confunderent. Glossae Tiberis (T 257) addiderat bonus magistellus in usum discipulorum :

(T 256) *Tiberius* : nomen est unius imperatoris.

Idem, ni fallor, addiderat glossis R<h>odanus (R 581), R<h>odus (R 584) :

(R 583) *Rodoricus* : nomen est unius regis ;

qua de glossa alibi (Bulletin Du Cange II 82) disputavi.

Sed ohe iam satis quisquiliarum ! Restat ut te moneam nos non solere in apparatu eandem ex alio glossario (vel similem) glossam proferre nisi fructus aliquis capiendus sit. Itaque Ansil. citamus sicubi Ansil. fontis indiculum marginalem habet (VIRGILII, i. e. gloss. collect ex codice Anglico Aen. I-VI etc. ; DE GLOSSIS i. e. Abol vel Abstr.) ; etiam ubi indiculus deest, ut te doceamus glossam non esse Philoxeni (nam ex Philox. nihil hausit Ansil.), etc. Itaque Ampl. II et Aff. citamus ut te ad ea quae Dall (Class. Quart. XII 171) de Vergilianarum glossarum in his duobus serie disputavit referamus ; unde disces glossam ex eodem codice Vergilii Anglico provenisse. Itaque Abav., Ab Abs., Abb^a, etc., quo melius glossae forma corroboretur. Non tamen id egimus ut semper possis scire quae glossaria eandem atque Aa glossam exhibeant. Quid enim prodest scire, siquidem tot glossaria ex eodem glossarum Abol. Abstr. Philox. thesauro hauserunt, modo hanc modo illam glossam arbitrio suo elegantia et refingentia ? Quae si scire cupis, lege Goetzii Indicem (C. G. L. VI-VII). Ne tamen te fugiat affinitas quae est inter Ab Absens glossarium et nostrum (etiam Accipe), respice quaeso ad L 480 Lixa, I 22 Ianiculus mons, L 302 Levitana, H 95 Herma, etc.

Denique necesse est hic quoque te moneam quae alibi monui (II Praef., III Praef.), socios meos in hoc vasto opere plenissimam mihi licentiam concessisse amplificandi ea quae scripsissent, refingendi, decurtandi ; teque iubeam, siqua menda in his paginis detegantur, mihi quoque ipsi meam mendorum portionem imputare. Nam longe differt Aa glossarium, quale hic editur, ab ea forma quam mihi v. d. Theander edendam commendavit.

W. M. LINDSAY.

SIGLA

- Ab Abs.* glossarium Ab Absens.
Abav. glossarium Abavus (vol. II, ed. Mountford).
Abba. glossarium Abba sive Sangallense.
Abol. glossarium Abolita (vol. III, ed. Lindsay).
Abstr. glossarium Abstrusa (vol. III, ed. Thomson).
Acc. glossarium Accipe.
Aff. glossarium Affatim.
Ampl. II glossarium Amplonianum secundum.
Ansil. glossarium Ansileubi sive Liber Glossarum (vol. I, ed. Lindsay, Mountford, Whatmough, etc.).
Arma glossarium Arma (vol. II, ed. Austin, Lindsay).

Corp. glossarium Latino-Anglicum (The Corpus Glossary, ed Lindsay).

frag. Colon. fragmentum Coloniense rescriptum (Arch. GB. B. cxxx, saec. VII-VIII).
Gloss. Terent. glossarium Terentianum (ed. Goetz in C. G. L. V, pp. 529-539).
Gloss. Verg. glossarium Vergilianum (ed. Goetz in C. G. L. IV, pp. 427-470).

Paris. glossarium Parisiensis codicis (lat. 10588).
Phil. glossarium Philoxeni (vol. II, ed. Laistner).

AA

A

1. Aa : vox dolentis est, id est vae vae. 2. *Ab : ablativi casus est, id est absens. 3^a. Abacta : expulsa exclusa. 3^b. Abacti : exclusi. 4*. *Ab alto : a mare. (Verg.). 5. *Ab alvearibus : a praesepibus. (= 1112) 6. Abante nocte <m> : vespera incidente. (Unde ?) 7. Abantes : mortui, quos Graeci alibantes (ἀλιβαντες) appellant. (Abstr. ?) 8. *Abaenis (ahe-nis) : aereis. (= 562). 9. Abarcet : prohibet vitat (vet-). (Abol.) 10. Ab arce : ab urbe. (Verg. 2, 41 etc. ?) 11. Abaruncit (averruncat) : abalienat avertit. (Abol. AD 14 alienat) 12. Abamita : soror abavi. 13. Abavus : avus avi, id est pater proavi. (Abstr. AB 16 ?) 14. Abavunculus : pater aviae.
15. Abcrepitus (?) : signum quod cum pavore solemus audire. (= 132) 16. [Abacue : ...] 17. [Abactus : ...] 18. *Abditum :

- absconditum. (Abol. AB 9) 19. *Abde occulta absconde. 20. Abdecet : non decet. (Unde ?) 21. *Abdit : abscondit. (Abol. AL 34). 22. Abdita : occulta loca. 23. [Abdita : secreta loca.] 24. *Abditis : secretis locis. 25. *Abdidit : occultavit abscondit. (Abstr. AB 34 ?) 26. Abditum : absconditum, (= 18) <Avium :> remotum a via. 27. Abditum : secretum latens absconsum, id est in obscuro positum. (Syn.) 28. Abditae pecuniae : id est repositae. (= T 247 ?). 29. *Abdicare : alienare, <Abdicari :> exulem fieri [repudiare]. 30. Abdicatus : refutatus repudiatus. 31. *Abdicatis : alienatis (Sulp. Dial. 1, 18,2 ?) 32. *Abdicat : repudiat alienat, expellit, seu filium a suo exhereditat iure. (Abol. AB 11) 33. Abduxit : amovit [seu amavit]. 34. Abdixit : abnuvit negavit. (Phil. AB 16) 35. Abducit : adportat (asp-). (Abstr. AB 31).
36. Abgrego : segrego. (Phil. AB 26 ?) 37.

1. id est vacue b. Cf. 16.|| 2. -tivus c : -tius b. Ab absens (*cett. om.*) *Acc.*, *Ab Abs.* Cf. *Acc.* Ad : praesens. Quae duae Accipe glossae redire possunt ad Abstr. AB 36 Abest : absens est ; AD 44 et 61 Adest : praesto est. Cf. infra 105. Ab ablativum est.|| 3^a, cf. *Acc.* Abactae disclusae (ex Verg. Aen. 8, 407 ?) Cf. Abstr. AB 3 Abactus .. expulsus ?|| 3^b. *om. a, c.* Cf. 17. Verg. Aen. 11, 261 ?|| 4. cf. 821.|| 7. Abba. Cf. Hesych. Ἀβαντες : οἱ Εὐβοεῖς καὶ χολοσσοί, νεκροί. Suspicio hanc doctam glossam ex scholio Donati (Aen. 1, 124 et qua vectus Abas) in Abstr. manavisse, inde in Aa et Abba.|| 8. aereis c : avereis a : aberis b. aeneis *add. a, c.*|| 9. vitat *om. Ampl. II* Ex Festo (24, 4 Abercet prohibet ; 14, 24 abarcet prohibet) manavisse haec doctrina in Abol. videtur, inde in Aa et Ampl. II.|| 11. cf. 501 ; 826.|| 12. avi *Abav.* (AB 5).|| 13. Ab. pa. pr. id est avus avi *Abav.* (AB 1).|| 16-17. *om. b, c.*|| 16, cf. 1 cf. Abol. 12 ?|| 17. cf. 3^b.|| 18 cf. 773 ; 26. -itu -itu *Acc.*|| 19. absc. *om. Acc.*|| 20. Corp. A 55.|| 21 oculant absc. c.|| 22. secreta latentia absconsa id est in obscuro posita *add* (ex 27) c.|| 23. *om. b, c.*|| 24-27. *om. c.*|| 25. Abav. AB 9. occ. absdidit b : abscondidit *Acc.* Cf. 21|| 29. rep. *om. b, Acc.*|| 31. -tus -tus b.|| 32. exhereditat b. seu -iure *om. Abol.* Abd. filio pellet de suo iure (*cett. om.*) *Acc.*|| 33. amovit (*om. seu amavit*) *Abba.*|| 34. abn. *om. Corp.* (A 52).|| 36. separo segr. *Abba.*

- *Abeas : abscedas. (Abol. AB 23 disc-) 38. Abvectus : absportatus. (Abol.) 39. Abena (ave -) : canna calamus, seu Musa. 40. <H>abenas : tenacula iumentorum. (Abstr. HA 10) 41. *Ab ineunte aetate : ab infantia. (Abstr. AB 25) 42. Ab ineunte aevo : a primitate (prima aet. ?). 43. Abere (ave -) : gaudere vel cupere. (Abol. AV 16) 44. Abernus (Ave-) ; infernus. (Verg.) 45. *Abest : absens est. (Abstr. AB 36) 46. Abesset : absens sit. 47. *Abegit : amovit [a se expulit]. 48. *Abeunt : abscedunt. (Verg. ?) 49. *Abeuntibus : abscedentibus (Abstr. AB 48 disced-). 50. Abeant : discedant. 51. *Ab exordio : ab origine ab initio. 52. Ab extis : intestina hostiarum aspiciens. (= E 1051) 53. Abero : absens ero. 54. *Abiero : abscedero. (= 121 ?) 55. **Abiceris : proiceris. 56. **Abicere : iactare emittere pellere. 57. *Abiciens : respuens, vel (Abiens :) recedens. 58. *Abicit : proicit : refellit refutat. (Abstr. AB 50?) 59. *Abiecit : proiecit. 60. *Abige : a te expelle vel amove. (Abol. AB 3 ?) 61. Abices (ambrices) : lateres vel summitates laterum. ('Abol.') 62. *Abit : discedit (Abstr. AB 9). 63. Abito (adi-) : adi accede adveni. 64. *Abiit : discessit recessit evasit, vel ambulavit transiit (Syn. ?) 65. Abiectio : proiectio desperatio. 66. <H>abilis : [bene optime] aptus seu bonus. 67. <H>abiliter : bene optime. 68. Ab imo : a funditus. 69. *Abitus (acci-) : evocatus. 70. Abiurat : infitiatu negat. 71. Abiuro : nego. (Abol. AB 28 -are -are) 72. Abiurgastere (abiugassere) : dissolvere. (Abol.) 73. Abiuratae : fraude subreptae. 74. Abigit : repellit amovit (-vet). 75. Abiens : abscedens secedens. 76. Ablatum : subductum. 77. *Ablata : recidiva vel deducta. (= R 100) 78. Ablicet (-cit) : abdicet (-ducit ?) seu abstrahit. 79. Ab limite : orthesium (ὀρθέσιον), id est terminus (Phil.) 80. *Ablota (-lu-) : diligenter lota. 81. Abluit : diligenter lavit, deterisit. 82. Ablunda (apluda) : panici et milei (-lii) folliculus. (= 1111) 83. Abmatertera : soror [ab] aviae. 84. Abnepos : filius pronepotis, id est (Pro-nepos :) nepos nepotis. (Abstr. AB 15 ?) 85. *Abnepus (-pos) : extrane<p>us (?). 86. Abnegat : inficiatur, plus quam negat. 87. Abnegotio (-gito) : abnego saepius. 88. Abniso (-nuo) : nolo nego veto. 89. *Abnuens : negans repudiens refutans. 90. Abnuit : recusat non consentit nollet, seu contemnit abnegat. (Syn.?). 91. Abnuerat : vetaverat. 92. *Abolere : obliviscitur. 93. *Abolere : oblivisci negligere in oblivionem mittere et memoria tollere. (Abol. AB 14; Verg.

38. Gloss. Verg. 427, 15 Avectos : exportatos. || 39. Verg. Ecl. 1, 2, etc. || 40. post 41 c : om. a. || 42. prim. cf. Paris. Inventa : primitatem. || 41-42. coniungend. ? || 43 cf. 1401. || 44. -num -num *Ampl. II* : -ni -ni *Abstr.* (AV 45). Cf. 1391. || 46. absensit b, c (*etiam a ante corr.*). Cf. Ansil, AB 70 Abesse : abs. esse (Abol. vel Abstr.) || 47. a se exp. om. b, Acc. || 48. disc. *Ansil.* (AB 79). Cf. 50. || 50. -dat b. || 51. ab in. om. Acc. || 52. Abav. AB 17 ; Abba. In fonte trium, Aa Abav. Abba, hic error fuerat. Recte Arma A 163. || 53. cf. ad. 2. || 53-54. coniungend. ? || 54. Abero Acc. || 55. Adviceris Acc. -re -re b. || 56. Abicere om. b, repellere a, c. Abice ia. mittere pe Acc. || 57. cf. 75. vel rec. om. Acc. || 58. cf. 74 ? Ab. repellit refugat negat Acc. || 60. Ab. am. (*cett. om.*) Acc. || 61. cf. Fest. 15, 16. || 64. ev. om b. Ab. disc. (*cett. om.*) Acc. || 66. ben. opt. om. b (cf. 67) seu bo. om. a, c. Cf. 142. || 70. cf. 382. || 72. cf. 146 ; 374. Plenius Abba. Cf. Abol. AB 16 Abiugat : dissolvit. || 73. cf. Verg. Aen. 8, 263. || 74. cf. 58. || 75. cf. 57. || 77. vel ded. om. Acc. || 79. Verg. Ecl. 1, 53. || 80. Abba. diligentius Acc. Cf. Verg. Aen. 9, 818. || 80-81. coniungend. ? || 85. extranepos Acc. || 86. Abav. AB 36. Cf. Ansil. AB 221 Abn. : pernegat (Abol. vel Abstr.) || 90. cf. 905. negat b. || 93. Ab. in obl. mitt. (*cett. om.*) Acc. : Ab. obl. negl. Abol. : Ab. de mem. toll., in obl. mitt. *Ansil.* (AB 250, 252 ; Verg. ?).

1,720 etc. ?). 94. Abolebat : debebat. 95. Abolita : vetustate praeterita. 96. *Abolita : sepulturae reposita. 97. *Aboliti : libiti (?), obliti, oblivioni traditi. 98. Abolitio : res remota et in obli <vi>one <m> perducta. 99. Abolitur (-letur) : exstinguitur. 100. *Ab oris : a finibus, vel a regionibus (Verg. I, 1 ?). 101. Ab ore (ora) : a regione. (= 100 ?). 102. Aborigines : originis obliti. (Abol. AB 12) 103. Ab <h>orrens : discrepans, remotus ab amicitia vel ab aliqua re, aut inconveniens non co <n>[ti]senti <ens>. (Syn. ?) 104. Abhorret : discrepat displicet. (Abstr. AB. 28). 105. Ab ovilibus : apo ton probatostasion (ἀπὸ τῶν προβατοστασιῶν), id est a cauli [bu]s. <Ab> ablativum est. (Phil.) 106. Abpatruus : frater abavi.

107. **Abrelic[or]um : reliquum quod restat. 108. Abreptus : impetu apertus (raptus) (Verg. 1,108-as). 109. Abrepticius (adr-) : furiosus ariolus. (= 461) 110. Abripit : eripit. 111. Abrogat : derogat detrahit. 112. Abrogandas : evertendas (*Unde* ?), 113. Abrogantia : detractio. 114. *Abruptis : per vim ruptis. 115. Abscito (adscisco) : absentio (ads-) (= 474). 116. Abscedito : procul esto, assiste. 117. Abscultat (aus-) : advertit. 118. Absce <di>to : longe recedito. 119. Absce <de> : abi,

recede. 120. *Absit : non fiat. 121. Abserrit (abie-) : discesserit. 122. Absiste : secederecede. (Verg.) 123. Absistit : cessat, seu discedit (Verg. 1,192 ?) 124. Ab[si]stans : distans. 125. Absistent (-tant) : recedant discedant. 126. Abstat : distat. 127. *Abstitit : cessavit (= 123 ?) 128. *Abstote (absistite) : abite, recedite. 129. *Abstracta : subducta. 130. Abstrusa : absconsa oblecta. 131. Abstrusum : remotum latens absconditum (Abol. AB 10) 132. Abstreptum (?) : signa quae cum pavore solemus audire. 133. *Abstulit : elevavit. 134. Absonum : discordans non idem sonans. 135. *Absque foedere : absque amicitia vel sine pactione. 136. Absumere : consumere finire (= 137) 137. *Absumite : finite. (Abol. ? Abstr. ?). 138. Absurdum : turpe, vel incongruens, horridum, inconveniens.

139. Abtans (apt-) : componens. (= 1118) 140. Abulsa (avu-) : abstracta erepta [vel crepta]. (= 1470) 141. Abulsum (avu-) : praecisum. 142. Abusi : male usi. (Abstr. AB 45). 143. Abuti : non recte uti. 144. Abutitur : contemnit. (Abol. AB 2). 145. A <m>bustum : ab ambabus partibus ustum. 146. Abiuva (-iugat) : dissociat, a ioco (iugo) removet, non convenit. (Abol. ?) 147. *Abyssum : profundum. (Verg. ?).

95. *om. b.* : vetusta *c.* || 96. sepultura sopita *Acc.* cf. 639 ; S 621. || 97. lib. obliti *om. Acc.* liviti *Buecheler* (cf. Cassiod. Orthogr. 206, 3) : an liniti ? || 98. *om. b.* semota *Abba*. Abolita (*om. res*) *Abav.* || 100. vel a reg. *om. Acc.* Cf. Ansil. AB 288 Ab or. : a fi. a reg. (Verg. ?) ; Abol. AB 5 Ab o. ; a fi. Cf. O 577. || 103. non cont. *om. a, c.* || 104. displ. *om. Abstr.* || 105. Verg. Ecl. 1, 8. Cf. 2. || 107. Abr. *παραλειπομένων* id est etc. *Acc.* || 108. Cf. 462 (-as) ; Ansil. AB 303 (Verg. ?). || 110. -puit -puit *Abba* (*non Abav.* AB 49). || 111. *Abav.* AB 52. Cf. Ansil. AB 300 Abrogamus : denegamus (Abol. vel Abstr.). || 114. *Abav.* AB 53. Cf. ad *Abba*. || 119. an Absiste ? || 121. cf. 54. || 123. Ansil AB 356-7 Abs. : ce. vel di., cessavit (Verg. ?). Cf. 127. || 124. Abstans *Abba*. || 125. *Abav.* AB 61. || 127. Vel cf. Ansil. AB 353 Absistit : ce. removet se (Abol. vel Abstr.) 128 Absistite *Acc.* abite *om. Acc.* || 129 Abstractio subductio *Acc.* || 130. cf. Abstr. AB 1 Ab. : abscondita ? || 131. absce. *om. Abol.* (*non Abav.* AB 29). || 132. cf. 15. *An* Strepitus significat etc. (differentia inter sonitum et strepitum) ? Cf. S 964 ; 971 ; T 268. || 135. *Abba.* vel placatione *Acc.* Cf. Bibl. Rom. 1, 31. || 136. cf. Abstr. AD 57 Absumpta : consumpta finita. || 137. Ansil AB 453 (Abol. vel Abstr.). || 138. inconv. *om. b.* || 141. Verg. A. 2, 558 ? || 146. cf. Phil. AB 44. || 147. *om. b.* -us -us *Acc.* Cf. Ansil. AB 168 Ab. : prof.. (Verg.).

148. Accidit : evenit (Abol. AC 28) 149. *Accentus : ratio metrica correptiva (?), id est vox. 150. *Acceleremus : festinemus (Verg. 6, 630, etc. ?). 151. Accelerat : celeriter advenit adpropinquat festina. (Abol. AC 26 ?). 152. *Accendit ira : concitat. 153. Accensi : irati vel incitati. (Abol. AC 4) 154. Accersit (-siit ?) : evocavit petiit. 155. *Accersibiles : evocati. (Unde ?). 156. *Accersitus : evocatus (= 162) 157. Accersit : evocavit (= 154). 158. Acersa (-erra) : far (vas) quod sacrificiis adhibetur. 159. Accitio (-tu) : evocatio <ne>. (Verg. 1, 677). 160. Accire : evocare (Abstr. AC. 43 -ri). 161. Acciti : evocati adducti. 162. *Accitus : accersitus evocatus. (Abol. AC. 1). 163. Accio : accerso voco (= 162 ?). 164. Accisus : circumcissus. (Abstr. AC 19 -is) 165. Ac[ci]tae : litora amoena (= 199). 166. **Accipe : audi cognosce (Abol. AC 13 ?) 167. Accipite : excipite. 168. Accola : vicinus prope in loco, vel cultor loci nativitatis suae. 169. *Accolae : proximi vicini finitimi colentes vel habitantes. (Abstr. AC. 11 ?) 170. Accolas : habitatores. 171. Accumulat : ampliat amplificat. 172. *Acer : fortis durus, intentus, velox. (Syn. ?). 173. [Accede ad ignem hunc : id est ad amore <m> divinum.] 174. Acerimus : fortissimus (Verg. 2, 414) 175. **Acerra : alcolatoria (arcula tura-

ria ?), vel turibulum (Abstr. AC 23 ? Phil ? Abol. ?) 176. *Acerbus : immaturus asper. 177. Acerbe : moleste aegre indigne. 178. Acervo : cumulo. 179. Acervus : cumulus cuiuslibet rei vel moles (Abol. AC 12 -vum). 180. Acervatum : cumulatun. (= 181 ?) 181. Acervatim : cumulatim congregatim. 182. Acersu (acieris) : securis quam flam[m]ines aut pontifices habent (Abol.) 183. Accensi : quae (qui) magistratibus praesto sunt aut militibus tributa (-ti). (Abol. ? Abstr. ?). 184. Acheron : fluvius inferion (?). (Verg.).

185. *Achoristus (ἀχώριστος) : inseparabilis. (Phil.) 186. Acies : ordo militum cum sunt constructi ((inst-), aut ferri summatem, vel oculorum intuitus. 187. Aciem : coitus (?) ferri [vel perri]. (= 186) 188. *Acie : ordine [acumine gladiatorum]. 189. Acinacis (-ces) : genus est gladiatorum. 190. Acitella (altellus) : alte edocatus (-duc-). (Abol.) 191. Aconita : venenata. (Abol. vel Abstr.). 192. Aconitum : genus herbae venenosae (Abol. AC 2 venenatae) 193. ** A correptione : ab increpatione. 194. Acriter : fortiter. 195. ** Acris ingenui (-nii) : fortis genere (?). 196. *Acsecedentes (absced-) : abeuntes. (Abol. ?). 197. Ac si : sic ita (sicuti) velut veluti. 198. *Ac signiferi : signa [af]ferentes (Unde ?).

149. Accentus vox (cett. om.) Acc. Cf. 210. || 151. Acc. adpr. cel. venit (om. fest.) Abol. || 152. Acc. iam conc. Acc. Verg. A. 8, 501. || 153. concitati Abol. || 154. evoc. om. Acc. Cf. 157. || 156. voc. Acc. || 157. cf. Abol. AC 29 Accersit : evocat. || 158. Abav. AC 30. || 159. Accito Ansil. (AC 233) : -tio Aff., Ampl. II vocatio Aff., Ampl. II. || 162. Accitis accersiti vocati Acc : Acciti : evocati accersiti Abol. Cf. 156. || 163. Abba. || 166. cogn. om. Abol. || 168. quasi adloca ! || 169. cf. 238. || 170. Aff. || 172. int. vel. om. Acc. || 173. om. b. post 193 in fine paginae add. man. 2 in c. am. tuum Goetz. Gloss. Ter. (Eun. 85). || 175. Ac. turib. (cett. om.) Acc. Ex Festo 17, 4 ? || 176. cf. Abstr. AC 7. -um -um (om. asp.) Acc. || 177. vel -ae. Cf. Abba Ac. : mol. graviter. || 178. cf. 1330. || 179. vel mo. om Abol. || 182 Ex Festo 9, 9. Cf. Phil. AC 27. Seu po. habebant Abba. quam. hab. om. Ab Abs. || 184. inferorum Ansil. (AC 136 ; Verg.) : inferni Aff., Ampl. II. || 188. acu. gl. add. man. 2 in. a : om. Acc. || 190 Alcitellus Abba Cf. Fest. 6, 29. Cf. 804. || 191. cf. 239. Cf. Ansil. AC 259 (Abol. vel Abstr.) ; Arma A 311 (Verg. G. 2, 152). || 193. om. b. || 194. Abav. AC 42. || 195. ingenii Acc. an <Acrae mentis > : aer. ingenii fo. ingenii (cf. Abstr. AC 3) ? || 196. <Abambulantes> absc. abeu. Goetz (ex Festo 24, 17). || 198. afferent Acc.

199. *Actae : litora amoena (Verg. 5,613)
 200 * <H>actenus : huc usque, usque modo, usque nunc vel in totum (tant-). (Syn. ?). 201. <H>actemus : quo usque. 202. *Acti : comportati. 203. Actica (ethica) : moralis. (Abstr. ET 4) 204. Activa : visibilis, id est quae agitur. 205. Actualis : quae agi potest. 206. *Actuali : actu vel ordine. 207. *Actus : compulsus vel coactus. (Abol. AC 20 Acti). 208. Actutum : statim maturatum sine mora [submotum] confestim e vestigio. 209. *Acuto : aspero. (Abol vel Abstr.). 210. Acutus (accent-) : ratio metrica est. (= 149). 211. Acuunt : animant. 212. Acuuntur : animantur. (=211) 213. *Aculeus : stimulus vel exulceratio 214. Aculeum : ab acu dictus est et ferreus et quo[d] pungunt apes et vespae aliaque animalia eiusmodi. 215 A culmine : ab altitudine. 216. Acumen : subtilitas sensus, vel tenuitas ferri. [217 Ac (at ?) : autem.]
 218. *Ad astra : ad caelum. 219. Adaglonis (-giones) : proverbialia. (Phil. AD 12). 220. Ad Austrum : ad Aquilonem (!). 221. Adasia : ovis maior quae peperit. (Abol. ?) 222. Adama[n]s : lapis ferro durior. 223. **Adh<a>esit : adglutinat coniungit. 224. *Adcox (atrox) : indignus, vel nigrus, seu ardens. 225. Adceptum (acc-) : gratum vel placitum. 226. Adceps (anc-) : dubia, incerta (Verg.

4, 603) 227. Adcensere : adicere seu adleviare (?). 228. *Adcersere : ad se vocare. 229. Adcersitus : petitus, seu paratus adductus. 230. Adcingitur : armatur. 231. Adcinctus : arma praecinctus. 232. Adscistere (-sciscere) : adfectare. 233. Adclinis : resupinus. (Abol. AD 78) 234. Adclive : oblique vel erecte. (Abol. AD 17 obl. erectum) 235. A[d]clydes : genus gladii rotundi. 236. *Adcommoda : apta, id est coniunge. 237. Ad culmine (-na) : ad tecta. (Verg. 2, 478) 238. Adcolae : vicini, ad fines proximi (= 169 ?). 239. Adcognita (aconita) : bene nata (venen-) seu cognita. (!) (= 191) 240. Adcurate : diligenter curate.
 241. **Addam : adiciam superponam. 242. * Additus : adiunctus. 243. *Addixi : devovi. (Abol ? Abstr. ?). 244. **Adeptus : adsecutus qualibet gratia. 245. *Adfatu : adlocutione. (Verg. 4, 284) 246. *Adfer : hoc (huc) tolle. (Phil. ?). 247. Adflarat : inspiraverat. (Verg. 1, 591) 248. *Adflatus : insufflatus inspiratus. 249. *A[d]futurus : non est futurum (-us ?). (= 707) 250. Adfati : adlocuti. (Verg. 2, 644) 251. *Adgressa : insidiosae adlocuta (Verg. 4, 476) 252. Adiatu (hia- ?) : [ad]aperitione. 253. *Ad<h>ibendum : requirendum 254. *Ad<h>ibite (-bete) : praesentes facite. (Verg. 5, 62) 255. Adibis ; requiris (-res ?) 256. **Adiciat : addat augeat augmentet. 257. **Adicere : adpo-

199. cf. 165 ; Aff., Ampl. II. || 200. Actenus in totum (*cett. om.*) *Acc.* || 203-205. coniungend. ? Adde Abba Actuarius : acta qui facit. (Abol. AC 17^a). || 207. Acti coacti compulsi *Acc.* || 208. subm. cf. praef. vol. II Gloss. Arma. || 209. Ansil. AC 397 (Abol. vel Abstr.). Ac. scopulo as. saxo Abba. || 211. cf. Verg. G. 4,435 etc. || 213. vel ex. *om. Acc. Abba.* || 215. ab. alt. honoris Paris 10588. Cf. Abstr. AC 9 A culmine : ab alto. || 217. *om. b.* || 218. cf. Verg. E. 5, 51, etc. || 221. cf. Fest. 11, 23. || 222. Abav. AD 2. || 224. *om. b.* Adrox indignum radens alia nigrius *Acc.* || 235. Verg. A. 7, 730. || 236. -dam -tam (*cett. om.*) *Acc.* || 237. In *Acc.* in serie Vergiliana. || 238. cf. 169. || 241. adic. *om. Acc.* || 242. iunctus *Acc.* || 243. devoravi *Acc.* Cf. Ansil AD 382 (Abol. vel Abstr.). || 245. In *Aff.* in serie Vergiliana. || 246. huc *Ab Abs.* || 247. cf. Ampl. II, Aff. Cf. Ansil. AF 49 Affl. inspirat Vix cf. Abstr. AD 58 Adf. adsp. || 249. futurus *Acc.* || 251. In *Acc.* in serie Vergiliana. locuta *Ansil* (AD 247 ; Abol. vel Abstr.). inseditiosa *Acc.* || 254. In *Acc.* in serie Vergiliana. Cf. Ansil. (AD 255), Ampl. II, Aff. || 255. cf. 527. Abba, Verg. Aen. 6, 375 ? An Adhibes (cf. 253) ? || 256. Ad. add. augmentari *Acc.* || 257. summittere *Acc.*

- nere supermittere. 258. **Adiecit : ad-
didit adposuit (Abol. ? Abstr. ?) 259.
**Adiecerunt : addiderunt. 260. *Adit
(abiit ?) : fugam dedit. 261. *Aditus :
adgressus. (= 376) 262. *Adlabitur : in-
fertur (Verg.) 263. *Adlicimur (-mus) :
adfectamus. 264. *Ad litora : ad ora<m>
maris. (Verg. 1,86) 265. *Adloquitur : ap-
pellat. (Verg. 1, 239). 266. *Ad liqui-
dum : ad purum.
267. *Admitto : suscipio. 268. *Admi-
randam : promissam (pro miram). 269.
*Admonitio : admonitione. (Verg. 4, 465
monitu) 270. *Adnixa : conata (Verg.
4, 690 ?) 271. *Adnixus : conatus,
seu extimatus (?). (Verg. 1, 144) 272.
**Adnotatio : significatio. 273. *Ad offi-
cium : ad obsequium ad ministerium. 274.
*Adorat : veneratur. (Verg. 1, 48) 275
*Ad oras : ad fines. (Verg. 1, 158) 276.
*Adoriuntur : inadgrediuntur. 277. *Ado-
lenter (aegre : dol.) indigne. (= 542)
278. *Adrectis : ad audiendum praepa-
